Miciński Adalberti Antonii Quaestio iuridica de dignitate cardinalitia.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA,

De Dignitate Cardinalitia,

ex Extravag. Ioan. XXII. Execrabilis. §. Nos auté. v. sublimitaté. de Præbé. & dignit. junct. l. Nemo. l. Jus Senatorum. C. de Dignitatib. & l. Sancimus. fin. C. de Consulib.

sub gratiosa protectione,

EMINENTISSIMI, CELSISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI,

D. JOANNIS ALEXANDRI

IN LIPE

LIPSKI,

S.R.E. CARDINALIS PRESBYTERI, EPISCOPI Cracoviensis, DVCIS Severiæ, Universitatis Cracoviensis Studij Generalis CANCELLARIJ FAVENTISSIMI;

cùm

in frequentissima magnorum Hospitum Corona

à

PERILLUSTRI & REVERENDISSIMO DOMINO,

D. M. JOANNE LUKINI,

Utriusq; Juris DOCTORE & PROFESSORE, Collegij Juridici SENIORE, PATRE, Ecclesiarum; Cathedralis Cracoviensis CANONICO, Collegiatarum Visliciensis PRIMICERIO, SS. OO. Crac. CANCELLARIO, Parochialis Sławkoviensis PRÆPOSITO, Contubernij Regio-Jagelloniani PROVISORE, Facultatis Juridicæ DECANO, & in Actu PROMOTORE,

M. ADALBERTUS ANTONIUS MICINSKI,

Utriusq; Juris Licentiatus, Luborzycianus PROFESSOR, ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ SS. Omnium CUSTOS,

Vtriusq; Juris DOCTOR

ritu solenni renuntiaretur,

in præfata Ecclesia Collegiata Sanctorum Omnium

publicæ disputationi

ab eodem quo supra U. J. Licentiato

PROPOSITA.

Annô quô

IXCeLsô eXCeLsIor est aLIVs, aC sVper hos EMInentiores sVnt aLII. ECCstæ 5. 7. 7. (1740)

Die Lunæ 30. Mensis Januarij.

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & judicium inter portas victeris variari, veniens ad Sacerdotes Levitici generis & ad Iudicem, qui fuerit eo tempore, qui indicabit tibi judicij veritatem. *c. Per Venerabilem. §. Rationibus. Qui filij sint legit. ex Deuter.* 17. v. 8. *& 9.*

Sunt autem Sacerdotes Levitici generis Fratres nostri Cardinales, qui Nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis officij Coadjutores existunt. *d. c. Per Venerabilem. §. sunt autem. & Eugen. IV. Constit.* 15. Non mediocri. §. 4. 1439.

Meliùs est, ut potestas Cardinalium negativè declaretur, qvod eis nimirum non liceat, quàm quod liceat: cùm hæc infinita sint nulloq; numero vel limite coerceantur, illa verò aut nulla sunt, aut paucissima. *Anton. Cucch. Lib. 2. Tit. 3. n. 6. Instit. Major.*

EMINENTISSIMO, CELSISSIMO
&
REVERENDISSIMO DOMINO,
D. JOANNI
ALEXANDRO
Divinâ providentiâ S.R.E. PRESBYTERO
CARDINALI
IN LIPE
LIPSKI,
EPISCOPO Cracovienſi, DUCI Severiæ, Studij Generalis Univerſitatis Crac: Faventiſſimo
CANCELLARIO.

PRimam poſt Chriſti Vicarium, Divi Petri ſucceſſorem, illamq; ampliſſimam & antiquiſſimã in terris Car.. dinalitij Honoris dignitatem, ut in publica diſputatione mea evincam, Te unum pro argumento Quæſtionis meæ pono. CARDINALIS EMINENTISSIME. Quæ enim ſit Cardinalitiæ dignitatis altitudo? quæ Eminentiæ ſublimitas? quis Purpuræ ſplendor? ille optimè intelligit, qui in Te Latium pænè totum, totamq; Sacroſancti Eccleſiæ Senatus majeſtatem adorat; ut extra quæſtionem, adeoq; extra omne dubium ſit, eam tam latè patere, quàm latè patet ingens Nominis Tui gloria toto orbe

 ne

ne dicam Polono, sed etiam Christiano diffusa & finibus nullis coarctata. Videntur re vera praeclarissimae Tuae Cerae lucere in Septemtrione, clarere in Oriente, rutilare in Meridie; jamq; eò magnitudinis devenit lux illarum honorifica, ut collectis virtutum radijs ad soles Regnorum accedat & Phaebum ipsum fontem luminis imitetur; non illum tamen, qui urit, vel oculos perstringit, sed qui corda mortalium gratioso influxu in spes accendit meliores. Hic se tandem in medio lucis constitutus reflectit animus, & dum in Te potestatem plurimam, authoritatem amplissimam, praerogativam dignitatis maximam veneratur, concludit immensa esse nulloq; limite, vel numero coërceri meritorum Tuorum privilegia, quae Te bonis Superis ita gratum, ita aestimabilem acceptabilemq; effecêre, ut instar sacrilegij sit *jux. l. Disputare. C. de Crimen. sacrileg. per can. Si quis svadente. §. Qui autem. 17. q. 4. canonizatam.* dubitare an sis dignus, quem Princeps Principum & Dominus Dominantium *jux. c. Solitae. de Majorit. & obedien.* totius Orbis Episcopus. *gloss. in c. Felicis v. Privata. de Poenis in 6. CLEMENS. XII.* velut gemmam in decus Annuli Piscatoris elegit & Coronae Purpuratorum Ecclesiae Patrum magno gentis nostrae Polonae cum plausu inseruit. Accessisti Romanis Collibus Apex gloriae, Hesperiam, velut Libanus Phaeniciam aut Olympus Macedoniam exornans & sidera versùs provectus, ubi animus Tuus ingentium moliminum capacissimus habitator & haeres, disponit svaviter omnia, tantum voluptatis in mentibus, quantum in pectoribus intuentium amoris relinquens. Te de imperio clementiae Tuae amare omnes gestiunt

unt & re ipſa amant, grati in Præſulem, propenſi in Ducem, devoti in Cardinalem, votis facundiores, quàm verbis, quæ ad reſpondendum gratijs & beneficijs Tuis non tam non ſuppetunt, quàm deſunt. Si ex doctrina *Bald. in præfat. Feudor. v. Nunc aliqua.* pauca de Principe dicere monemur, quantò rectiùs hoc conſilium & præceptum illi obſervandum eſt; cui magnitudo virtutum ac meritorum Tuorum penitùs verba abſtulit & ſilentium indixit. Hac lege monitus, ne extra limites ſilentij egrediar, breviloqvus eſſe ſtudeo, melliflui Doctoris Bernardi *Lib. 1. de Conſiderat. ad Eugenium III. Pontificem Maximum de Cardinalibus eligendis* (*prout refert Barbos. in Jur. Eccleſiaſtic. univers. Lib. 1. Cap. 3 n. 29.*) ſcribentis, verbis elogia Tua concludens: Cardinalem Te eſſe in conſilio providum, in jubendo diſcretum, in diſponendo induſtrium, in agendo ſtrenuum, in loquendo modeſtum, in adverſitate ſecurum, in proſperitate devotum, in zelo ſobrium, in miſericordia non remiſſum, in otio non otioſum, alienæ rei non cupidum, ubiq; & in omnibus circumſpectũ; talem videlicet, qualē ſibi Sacroſanctus Eccleſiæ Romanæ Senatus, Chriſtiana Reſpublica, Purpura deniq; ipſa gratulatur, quòd Te Virum exornat bonis Superis charum, Sereniſſimis AVGVSTO III. & MARIÆ JOSEPHÆ AVSTRIACÆ, Regibus Poloniæ dilectum, Eccleſiæ & Patriæ perutilem, legum Divinarum & humanarum gnarum, juſtitiæ & æquitatis amicum; Virũ inqvã, ſuper quo requievit Spiritus Domini deditq; conſilium pacis & fortitudinis, in adverſis fortiter, in proſperis ſuaviter omnia diſponendi. Cùm igitur talis tantusq; ſis PRINCEPS EMINENTISSIME

 SIME

SIME, non incongruum eſt, ut Cracia Themis Te plauſu publico adoret, ſuo quidem Collegio totiq; Vniverſitati protectionem, Quæſtioni verò meæ decus à Te expoſcens & præſidium. Quæſtio hæc Cardinalitiæ dignitatis expreſſiva, ut cultior in lucem prodeat, flore Purpuræ Tuæ comi ornariq; exambit; quanquam jam ornatam ſe eſſe & comptam vel exinde gloriatur, quòd titulo Eminentiſſimi Nominis Tui inſignita, Armis Gentilitijs decorata, authoritate ordinaria roborata, gratijsq; Tuis tanquam ſui Gratiani firmata, exiſtat. Tali igitur apparatu adornatam, reverentiſſimè in manibus Tuis repono, atq; quod in ea obſcurum videtur, ſplendore ſapientiæ Tuæ clarifica, ut, quod in teſtimonium & ſignum obſervantiæ meæ erga Te Vniverſitatis CANCELLARIVM Faventiſſimum hìc exili calamo expreſſi, putes ex Codice vel Authentica deſumptum eſſe, ideſt ita verum, quẽadmodum verum eſt, quòd Cardinales ſunt veri cardines, Eccleſiæ Dei lumina &c. *Conſtit. 50. Sixti V.* Poſtquam verus ille. §. *1. 3. xbris 1583.* & ſicut cardine regitur oſtium, ita Cardinalium conſiliô Eccleſia roboratur. *gloſſ. in c. Miniſterium. v. Cardinalium. de Offic. Archipresbyter.*

EMINENTIÆ VESTRÆ

devinctiſſimus cultor & ſervus
M. A. MICINSKI, U.J.L.
Luborzycianus Profeſſor.

QUÆSTIO JURIDICA.

U. Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ex vi electionis suæ ad certa munia obligati, amplissimis prærogativîs & privilegijs decorati, soli ad electionem Summi Pontificis concurrant, primamq; & antiquissimā post illū dignitatē habeant? necne?

CONCLUSIO I.

Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ex vi electionis suæ ad certa munia obeunda obligātur *1.*

1. c. Ex gestis. de Cleric. non residen. Cardin. Tusch. Pract. Conclus. jur. sub lit. C. Concl. 96. & seqq. & Barbos. de Jur. Eccl. univer. Lib. 1. Cap. 4. n. 88. & seqq.

COROLLARIA.

I. CArdinales, quòd in illis, acsi quibusdam cardinibus totius Ecclesiæ Christianæ gubernacula vertantur, *2.* quasi Cardines dicti, à Summo Pontifice, Christi in terris Vicario, *3.* ex viris in scientia & rerum multarum experientia excellentissimis, *4.* ac potissimùm ex Doctoribus in jure Divino & humano versatissimis, *5.* etiam Religiosis, *6.* tum Regum & magnorum Principum Fratribus, Nepotibus, Filijs, *7.* non tamen naturalibus, etiam per oblationem Curiæ, *8.* vel per rescriptum Principis *9.* aut per subsequens Matrimonium,

nium *10.* legitimatis, *11.* non Bigamis, *12.* annos ætatis triginta, *13.* licèt hi sæpiùs non attendantur, *14.* & alias qualitates ad Episcopum requisitas, *15.* habentibus, ex omnibus Christianitatis, quantúm commodè fieri potest, Nationibus, *16.* ut unaquæq; Natio suum habeat in Curia Romana Protectorem & Patrem tutelarem, *17.* de absoluta potestate non exquisito, *18.* de more tamen & consuetudine, tanquam in re gravi & negotio arduo hactenus Cardinalium superviventium adhiberi solito, *19.* aut Concilij etiam generalis, nisi fortè cum hujusmodi conditione congregati, *20.* assensu, creari, *21.* ac ejus, quòd illum in decidendis causis Fidei & alijs arduis negotijs suò consiliò adjuvare debeant, *22.* antiquo nomine Consiliarij, *23.* & totius Ecclesiæ Christianæ Senatus quidam Sacrosanctus, *24.* appellari solent.

1. *gloss. in c. Ministrorum. v. Cardinalium. de Offic. Archipresbyter. Boet. Epo de Regalib. de Benefic. Eccles. lib. 1. n. 191. in fin. & Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 4. Cap. 1. q. 1. in fin.*
3. *c. Inter corporalia. c. Quanto. c. Licet. de Translat. Episcop. & Bald. in l. Barbarius. ff. de Offic. Prætor.*
4. *Concil. Basilien. sess. 23. & Constit. 50. Sixti V.* Postquam verus ille. §. 1. *3tio. Nonas Decembris 1586.*
5. *d. Concil. Basilien. loc. cit. & d. Constit. Sixti V. §. 1. & 9.*
6. *d. Constit. Sixti V. §. 9.*
7. *Azor. ubi supr. p. 2. lib. 6. Cap. 6. q. 10. in fin. & d. Constit. Sixti V. §. 1.*
8. *Authen. Quib. mod. natural. effic. sui. §. Si quis igitur fuerit. Collat. 7. & §. fin. Instit. Imperial. de Nupt.*
9. *Authen. Quib. mod. natural. effic. legit. §. Sit igitur licentia. Collat. 6.*
10. *d. §. fin. Instit. Imper. de Nupt. & l. Cum quis. C. de Naturalib. liber.*
11. *Henriq. in summ. lib. 11. Cap. 20. §. 2. Sayr. de Censur. lib. 6. Cap. 10. n. 13. & 14. & d. Constit. Sixti V. §. 11.*
12. *Azor. loc. cit. lib. 6. Cap. 7. q. ult. prope fin.*
13. *Hoied. de Incompat. Benefic. p. 1. Cap. 24. n. 23. & Azor. ubi supr. lib. 6. Cap. 8 q. 14.*
14. *Paleoth. p. 3. q. 4. v. Et eo magis. & Dian. Moral. resol. p. 5. Tract. 2. Resol. 1. in fin.*
15. *Conc. Trid. sess. 24. Cap. 1. de Reform. & Constit. 7. Leon. X.* Supernæ. §. 5. *3tiò Non. Maij 1514.*
16. *Idem Concil. Trid. loc. cit. ad fin. & d. Constit. Sixti V. §. 1.*
17. *Anton. Cucch. Instit. Canon. lib. 2. tit. 4. n. 112. Mandos. Const. 55. n. 22. Gomes. super Regul. Cancell. q. 1. de Idiomate & Flav. Cherubin. in schol. 1. ad d. Constit. Sixti V.*
18. *Lancell. Corrad. lib. 2. Cap. 2. §. 3. n. 36. v. Juremeritò de Excellen. Cardin. Manfred. decis. 386. Joan. Andr. in c. Sanè. de Convers. Conjug. Felin. & Dec. in Rubr. de Constit.*
19. *Zarabel. in Repetit. super c. Perpendimus. de Sent. excom. Joan. Monach. in c. Super eo. de Hæret. in 6. & Card. Tusch. Pract. Concl. jur. Concl. 98. n. 1. & seqq.*
20. *Barbos. de Jur. Eccles. Univers. lib. 1. Cap. 3. n. 12. de Cardin. & Azor. loc. cit. p. 2. lib. 4. Cap. 1. q. 7.*

21. *gloss.*

21. *gloss. in Clemen. Ne Romani. v. Potestatis. de Elect. Barbat. de Præstan. Cardin. q. ult. Martin. Lauden. de Cardin. lib. 2. q. 1. & Bonac. de Legit. elect. Pontific. q. 1. punct. 1. §. 2. n. 3.*

22. *Cassan. in Catalog. Glor. mund. p. 3. Consider. 47. Card. Jacobat. de Concil. lib 7. art. 5. Mascard. de Probat. Concl. 262. n. 56. & Bald. in l. 1. ff. de Offic. Præfect. Prætor.*

23. *can. Ecclesiasticis. 12. q. 2. can. In Parochia. 16. q. 1. & l. Quisquis. C. Ad l. Jul. Majest.*

24. *Boet. Epo de Regal. in Benefic. Eccles. n. 191. in fin.*

II. QVamvis ad dignitatem Cardinalatûs deberet assumi saltim in ordine Diaconatus existens, *25.* vel ad minimùm minoribus Ordinibus insignitus, habitum Clericalem & tonsuram per annum gestans, *26.* ac intra annum ad ordinem Diaconatûs promoveri valens, *27.* qualitatesq; assumendi ad Episcopatum de jure necessarias habens; *28.* nihilominus Summus Pontifex indolem ex annis etiam puerilibus metiens, *29.* de plenitudine suæ potestatis, supplendo omnes defectus, Cardinalem non habentem omnes prædictas qualitates, *30.* & præcipuè ætatem viginti duorum annorum, in Diacono Cardinali requisitam, *31.* etiam Laicum, modò non sit conjugatus, *32.* vel aliquâ infamiâ notatus, *33.* aut impedimentô canonico ad suscipiendos Ordines præpeditus, *34.* quocunq; tempore & præsertim diebus jejuniorum Mensis Decembris, *35.* non tamen Fratrem Cardinalis viventis, nisi ex causa urgenti, *36.* creare potest, taliterq; creatus, Cardinales in Curia præsentes visitare, *37.* Episcopos, ut Fratres tractare, *38.* omnium negotia piè promovere, *39.* Consanguineis suis modestè subvenire, *40.* de propaganda Fide Catholica invigilare, *41.* Legatus factus suæ legationis locum personaliter gubernare, *42.* vota Consistorij non revelare, *43.* silentium à Papa indictum servare, *44.* obligatur.

25. *gloss. in Clemen. 2. v. Ut ii. de Ætat. & qualit. præficien. & Hostien. in c. 1. de Offic. Archidiacon.*

26. *d Constit. Sixti V.* Postquam verus ille. §. 15.

27. *Ead. Constit. Sixti V. §. 6.*

28. *Concil. Trid. sess. 24. Cap. 1. de Reform. Perez. de Lara in Compend. vitæ homin. Cap. 29. n. 15. & Massobr. in prax. haben. Concurs. Requisit. 1. dub. 11. n. 15.*

29. *Barbos. in Jur. Eccles. Univers. lib. 1. Cap. 3. n. 34. de Cardin. Paleoth. de Consult. sacr. Palat. p. 3. q. 4. v. Et eo magis.*

30. *Card. Tusch. Tom. 6. sub lit. P. Concl. 49. n. 68. & Barbos. loc. cit. n. 42.*

31. *Paleoth. ubi supr. Filiuc. Tom. 3. Tract. 41. Cap. 5. n. 32. in fin. & d. Constit. Sixti V. §. 6.*
32. *Idem Barbos. loc. cit. n. 15.*
33. *d. Constit. Sixt. V. §. 13.*
34. *can. Hinc etenim. dist. 49. & Hostien. in sum. n. 1. & seqq. de Corpor. vitiat.*
35. *d. Constit. Sixti V. §. 10.*
36. *Ead. Constit. §. 17. & Constit. 22. Julij III.* Sãctissimus. *§ 1. & 2 26. Ian. 1554.*
37. *Constit. 7. Leon. X.* Supernæ. *§. 6. 3tio Nonas Maij 1514.*
38. *Ead. Constit. Leon. X. §. 17. & Conc. Lateran. V. sess. 9. Cap. 2. in Bull. de Reform. Curiæ.*
39. *d. Constit. Leon. X. §. 18.*
40. *Ead. Constit. Leon. X. § 20. & Conc. Trid. sess. 25. Cap. 1. de Reform.*
41. *Ead Constit. Leon. X. §. 26. & Conc. Lateranen. loc. cit.*
42. *Ead. Constit. Leon. X. §. 27.*
43. *Ead. Constit. Leon. X. §. 30.*
44. *Ead. Constit. Leon. X. §. 31. & Conc. Lateran. ubi supra.*

III. Cardinalium numerus ex tribus ordinibus; Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum constitutus, *45.* licèt definitus non sit, *46.* aliquandoq; pro varietate temporum augebatur & minuebatur, hodieq; pro arbitrio Summi Pontificis augeri & minui potest, *47.* tamen Summus Pontifex pro tempore existens, Reipublicæ Christianæ bene semper consulere volens, majorem numerum Cardinalium duobus septuaginta, includendo Titulum S. Laurentij in Damaso (qui Cardinali Vicecancellario, sive sit Episcopus, sive Presbyter, sive Diaconus, perpetuò incorporatus est) *48.* juxta numerum Discipulorum, *49.* & juxta Titulos; sex Episcopis, quinquaginta unum Presbyteris, & quindecem Diaconis Cardinalibus per Constitutiones Pontificias designatos, *50.* ad omnia munia universalis Ecclesiæ ritè obeunda sufficientem, *51.* constituere non solet.

45. *Villadiego in Tract. de Origin. Cardin. q. 3. n. 3. Manfred. de Cardin. Cap. 4. Concl. 8. & Flamin. Paris. de Resignat. Benefic. lib. 7. q. 12. n. 1.*
46. *Lancell. Corrad. lib. 2. Cap. 2. § 1. n. 16. in Templ. Omn. judic. de Instit. Card.*
47. *Barbos. in Jur. Eccl. Univers. lib. 1. Cap. 3. n. 43. & seqq. citans Franch. Martin. Lauden. Cardin. Alban. & alios de Cardinal.*
48. *Constit. 55. Sixti V.* Religiosa. *§. 2. Idib. Aprilis 1587. Constit. 34. Clemẽ. VII.* Etsi ad singula. *5. Julij. 1532. & Azor. d. lib. 4. q. 6. ad fin.*
49. *Archidiacon. in c. Ubi periculum. de Elect. in 6. Alberic. in Rubr. de Sum. Trinit. Barbat. in Tract. de Cardin. q. 1. n. 1. Manfred. Cap. 3. e. t. & Anton. Cucch. Instit. Major. jur. lib. 2. tit. 4. n. 19.*
50. *d. Constit. 55. Sixti. V. S. R. Congreg. sub Clemen. VIII. 30. Aug. 1601. & sub Paulo V. 1618. ut in Libello Romæ in Typogr. R. Camer. Apost. eod. anno impress.*
51. *Cardin. in Clemen. Ne Romani §. Initium. n. 7. de Elect. Perez. de Lara. de compend. vitæ homin. Cap. 29. n. 20. Paleoth. de Sacr. Consistor. p. 4. q. 1. & Anton. Cucch. loc. cit.*

IV. Præter

IV. PRæter enumerata Cardinalium officia, speciale Diaconorum est: Pontifici solemniter celebrāti tam in Missa, quàm in Vesperis ac alijs Divinis Officijs assistere, *52.* omnium verò, exceptis Cardinalibus Legatis de latere, & illis, quos Romani Pontificis indulgentia dispensat, aut justus metus, vel quævis alia causa legitima impedit, in Curia residere, *53.* quæ Regiones hæresibus, erroribus ac superstitionibus infectæ sunt, aut ubi Divinorum mandatorum Ecclesiastica deficit disciplina, quiq; Reges & Principes, seu populi bellis infestentur, vel infestari timeant & hujusmodi alia mala ac pestes pro posse scire, de ijsq; Romanum Pontificem pro tempore existentem (ut illis opportuna & salutaria providere valeat remedia) informare, *54.* de non alienandis & non infeudandis Civitatibus, Terris & locis S. R. Ecclesiæ, *55.* deq; non distrahendo Thesauro in Castro S. Angeli reposito, *56.* corporale juramentum præstare, Ecclesias suorum Titulorum, Clerum & populum sibi subjectum per se, si sint præsentes, vel per suos Vicarios singulis annis visitare, mores & vitam eorundem explorare, ad rectè & honestè vivendum cohortari, in vita vel post mortem suæ Ecclesiæ Titulari de uno Presbytero cum honesta ejus & perpetua sustentatione providere, vel si ipsa Ecclesia reparatione aut alia subventione indigeat, pro modo facultatum se munificos & liberales exhibere, *57.* Congregationibus Cardinalium, olim bis, aut pluries, hodie semel, aut rariùs pro arbitrio Pontificis in septimana fieri solitis, interesse, *58.* sive privatim, sive publicè in Consistorio secundùm justitiam & æquitatem consulenti Papæ votum suum dare, *59.* post fata ejus, absolutis priùs per novem dies continuos exequijs solennibus, quarum tamen expensa summam decem millium ducatorum excedere non debet, *60.* præmisso solenni Missæ sacrificio de Spiritu Sancto & Communione, Conclave intrare *61.* ibiq; in negotio electionis novi Pontificis, non expectatis alijs Cardinalibus, etiam Legatis de latere, aut ex alia quacunq; licèt publica causa, vel cum licentia Summi Pontificis demortui, absensentibus, procedere. *62.*

52. *can. Diaconi. dist. 93. Barbat. in Tract. de Præstan. Cardin. q. 1. p. 1. n. 5. & Flamin. Paris. loc. cit. lib. 2. n. 35. & lib. 7. q. 12. n. 14.*

 53. *Constit.*

53. *Constit.* 7. *Leon. X.* Supernæ dispositionis. §. 27. *&* 28. *3tio. Non. Maij.* 1514. *& Constit. Innocen. X.* Cum juxta. §. 1, 2, *&* 3. 19. *Febr.* 1646.
54. *d. Constit.* 7. *Leon. X.* §. 26.
55. *Constit.* 35. *Pij V.* Admonet nos. §. 9. 4. *Cal. April.* 1567. *Gregor. XIII.* Inter cætera. 6. *Cal August.* 1572. *Sixti V.* Quanta. 15. *Cal. April* 1586. *Gregor. XIV* Romanus Pontifex. 14. *Cal. Ian.* 1590. *& Innoc. IX.* Quæ ab hac. *Prid. Nonas Novembris* 1591
56. *Constit.* 31. *Sixti V.* Ad Clavum Apostolicæ servitutis. §. 10. 11. *Cal. Maij.* 1586. *per quemlibet Pontificem confirmari solit.*
57. *d. Constit.* 7. *Leon. X.* §. 19. *& Sixti V.* Religiosa. §. 1. *Idib. April.* 1587.
58. *Cardin. de Luca Cap.* 25. *& seqq. Tolossan. in Syntagmat. jur. univers. lib.* 15. *Cap.* 4. *n.* 15. *& Scac. lib.* 1. *Cap.* 17. *n.* 2.
59. *Idem Cardin. de Luca loc. cit. & Cap* 8. *n.* 5. *& seqq.*
60. *Constit.* 63. *Pij IV* In eligendis. §. 2 7. *Idus Octobris.* 1562.
61. *d. Constit.* 63. *Pij IV.* §. 3. *& Gregor. XV.* Æterni Patris. §. 1. 17. *Cal. xbr.* 1621.
62. *d. Constit.* 63. *Pij IV.* §. 5.

V. Ex Cardinalibus solius S.R. Ecclesiæ, non verò Compostellanæ, Ravennatensis aut Mediolanensis (quarum Canonici abusivè, instar Regis Schaccorum, *63.* Cardinales vocantur) *64.* Summus Pontifex pro suo arbitrio, cùm ipse sit Ecclesiæ militantis Cancellarius. *65.* & unum cum Christo in terris Tribunal constitituat, *66.* eligit Vicecancellarium, Camerarium, Pœnitentiarium majorem, Vicarium Vrbis, Bibliothecarium, Officij Sacræ generalis Inquisitionis & utriusq; Signaturæ Præfectos ac alios Officiales, *67.* quorum singuli singula Officia habent, *68.* & illa, quemadmodum Camerarius & Pœnitentiarius major, etiam vacante Sede Pontificia, *69.* exercent.

63. *gloss. in can. Pudor.* 32. *q* 2. *v. Principem mundi.*
64. *gloss. in Clemen. Dignum. v. Romanæ. de Celebrat. Missar. & Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 24. *n.* 161. *&* 162.
65. *Lancell. lib.* 2 *Cap.* 1. *in Templ. omn. judic. Azor. Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 5. *Cap.* 36. *& Cassan in Catalog. glor mund. p.* 4. *Consid.* 13.
66. *Hostien. in c. Quanto. de Translat. Episcop. & Tolossan d. lib.* 15. *Cap.* 42. *n.* 1.
67. *Barbos. in Jur Eccles. Univers. lib.* 1. *Cap.* 4. *n.* 94. *de Cardin. & Scac. lib.* 1. *Cap.* 18. *& seqq.*
68. *Seraphin. decis* 716. *n.* 6. *& Barbos. ubi supra.*
69. *Idem Barbos. loc. cit. n.* 96. *&* 98. *Toloss. ubi supra. n.* 6. *&* 17. *Jul. Lavon. Variar. lucubrat. Tom.* 1. *tit.* 3. *Cap.* 3. *n.* 36. 39. *&* 40.

CONCLUSIO II.

Cardinales S.R.E. amplissimis prærogativis & privilegijs sunt decorati. 70.

70. *gloss. in Extravag. Ioan.* XXII. *Execrabilis. v. sublimitatem. de*

Præben.

Præben. & dignit. Card. Tusch. Pract. Concl. jur. sub. lit. C. Concl. 100. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 2. Cap. 3. q. 20. Barbos. in Jur. Eccles. univers. lib. 1. Cap. 4. per tot. & arg. in l. Jus Senatorum. C. de Dignitatib.

COROLLARIA.

I. CArdinales S.R.E. quamvis non sint Episcopi, sed solùm Presbyteri, vel Diaconi, *71.* in Ecclesijs suis Titularibus & alijs sibi subjectis tantam habent prærogativam, potestatem, & jurisdictionem, quantam Episcopi in suis Diœcesibus, *72.* in illisq; non solùm de causis civilibus, ast etiam criminalibus suæ Ecclesiæ Clericorum cognoscere, *73.* excommunicationis, suspensionis & interdicti Censuras irrogare, *74.* præsentes in Vrbe, non obstantibûs quibusvis reservationibûs, Beneficia, exceptis tamen tribus Basilicis: Principis SS. Apostolorum Petri, S. Joannis in Laterano & B. Mariæ Majoris, licèt ipsis Archipresbyteri ex Cardinalibus, alias, & ab his distinctas Ecclesias in Titulos habentibus, *75.* & illis, quæ sunt simultaneæ cum Capitulo collationis, *76.* conferre, *77.* eadem inter Clericos distribuere, *78.* resignationes eorum recipere, *79.* suos subditos & familiares ad primam Tonsuram & quatuor minores Ordines promovere, *80.* Indulgentiam 100. dierum concedere, *81.* Insignibûs Pontificijs uti, *82.* solenniter more Episcoporum benedicere, *83.* in voto dispensare, *84.* ultimas voluntates in casibus Episcopis permissis commutare, *85.* possunt.

71. *Sebast. Cæsar. in Relect. de Eccles. Hierarch. p. 1. disp. 2. §. 1. n. 2. Layman. in Theolog. Moral. lib. 1. Tract. 4. Cap. 7. n. 24. & §. 7. n. 28.*

72. *c. His quæ. de Major. & obedien. Jacobat. de Concil. lib. 2. art. 2. n. 1. Cardin. Alban. de Cardin. q. 46. & Villadieg. de Orig. Cardin. n. 7.*

73. *Franc. Leo in Theusaur. For. Eccles. p. 2. Cap. 1. n. 7. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 4. Cap. 3. q. 2. Abb. Felin. & Butr. in d. c. His quæ. de Major. & Obed.*

74. *Abb. in d. c. His quæ & Azor. loc. cit.*

75. *Alphons. Sot. in Reg. 7. Cancell. post princ. Æneas de Falconib. Gomes. & Mandos. quos citat. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 13. n. 21. & 22.*

76. *Garcias de Benefic. p. 5. Cap. 1. n. 628. Palao Tom. 2. Tract. 13. Disp. 2. punct. 22. §. 4. n. 4.*

77. *Regul. 7. Cancell. Gonzal. d. gloss. 13. n. 20. Gomes. in Regul. de Triennali q. 31. n. 17. v. Et eodem modo. & Gambar. de Offic. legat. à later. lib. 10. q. 433.*

78. *Mandos. ad d. Regul. 7. Cancell. q. 1. n. 5. Flamin. Paris. de Resignat. Benefic. lib. 7. q. 12. n. 9. & Gomes. loc. cit. n. 16.*

79. *Idem Flamin. Paris. loc. cit. n. 8. & Dian. p. 8. Tract. 2. resolut. 14.*

80. *Jacobat. ubi supr. lib. 1. art. 12. v. Item Cardinalibus. Martin. Lauden. in Tract. de Cardin. q. 20. Majol. de Irregular. lib. 4. Cap. 20. n. 8. Flamin. Paris. loc. cit. lib. 4. Cap. 2. n. 88. Rot. decis. 731. p. 1. n. 10. divers. quos & alios citat. Barbos. in Jur. Eccles. Univers. lib. 1. Cap. 4. n. 40.*

81. *Sbroz. lib. 2. q. 187. n. 5. ex D. Thom. in 4. Senten. dist. 2. q. 3. art. 3. Cardin. Brancat. de Benedict. Diaconal. pag. 296. v. Non obstat secundò.*

82. *Hostien. & Joan. Andr. in c. 1. de Supplen. negligen. Prælat. & Martin. Lauden. Tract. 2. q. 19.*

83. *Monet. de Conservat. Cap. 5. n. 34. Hostien. & Joann. Andr. in d. c. 1. de Supplen. negligent. Prælat.*

84. *Dian. d. p. 5. Tract. 2. resolut. 58.*

85. *Idem Dian. ubi supr. resol. 57. & Barbos. in Jur. Eccles. univers. lib. 1. Cap. 4. n. 39. de Cardin.*

II. Ad tam eminentem prærogativam S. R. E. Cardinales pervenerunt, ut Divûm nomine insigniantur, *86.* Maximi, *87.* Columnæ, *88.* Lumina, *89.* Lucernæ ardentes, *90.* & speciales Filij S. Romanæ Ecclesiæ nominentur, *91.* eandem repræsentent, *92.* ac Illos, Episcopos *93.* & omnes alios conjunctim Fratres, *94.* Presbyteros verò & Diaconos disjunctim, Filios, *95.* Familiares ac socios, *96.* partem corporis sui, *97.* secum quandam communicationem, tanquam membra cum capite habentes, *98.* & unum corpus, sicut Canonici cum Episcopo, *99.* constituentes, *100.* tam verbô, quàm scriptô Summus Pontifex, jam verò Imperator Romanus Patres *101.* appellare soleant.

86. *Manfred. in Tract. de Cardinalib. decis. 70.*

87. *Idem Manfred. loc. cit. decis. 53. & Barbos. ubi supr. d. Cap. 4. n. 7.*

88. *Mant. de Concil. n. 69. & d. Constit. 50. Sixti V.* Postquam verus ille. §. *1.*

89. *Manfred. ubi supr. decis. 54. & d. Constit. Sixti V. §. eod.*

90. *Idem Manfred. loc. cit. decis. 69. & d. Constit. 7. Leon. X.* Supernæ. §. *16.*

91. *can. Si quis ex Episcopis. dist. 79. & Roman. Const. 498. n. 7. v. Dicuntur.*

92. *Hostien. in c. Dilectus. n. 2. de Præben. & dignitatib. & in c. Ex gestis. n. 3. de Cleric. non residentib.*

93. *c. Per Venerabilem. Qui sint filij legit. gloss. in c. Officij Nostri. v. Fratribus. de Offic. legat. & Hostien. in c. Ad liberandam. n. 3. de Judæis.*

94. *c. Fundamenta. & ibi gloss. v. Fratres. de Elect. in 6. d. c. Officij Nostri. ibi: Quod in Fratribus. de Offic. Legat. & Const. 16. Eugen. IV.* Non mediocri, §. *7. 1439.*

95. *c. Licet. 49. de Testib. & c. Raynaldus. de Testamen. ibi: Dilectus Filius.*

96. *Ancharan. Cons. 295. n. 8. & Cardin. Tusch. loc. cit. sub lit. C. Concl. 99. n. 2. & Concl. 100. n. 43.*

97. *Joan. Monach. in c. un. n. 2. de Schismat. in 6. Jacobat. de Concil. lib. 7. art. 55. Card. Tusch. d. Concl. 100. n. 22. & d. Const. 15. Eugen. IV. §. 6.*

98. *Villadieg. de Cardin. Legat. n. 1. Sarnen. in Proœm. Regul. q. 4. Col. 1. in fin. Card. Tusch. d. n. 22. & d. Constit. 15. Eugen. IV. §. eod.*

99. *can. Sine exceptione. 12. q. 2. can. Episcopus nullius. 15. q. 7. can. Si quis vult. 16. q. 7. c. Irrita. & c. Tua nuper. de His quæ fiunt à Prælat.*

100. Roman.

100. *Roman. Cons. 489. n. 10. & 11. Martin. Lauden. in Tract. de Cardin. p. 2. q. 5. Rudolph. Cupers. in repetit. can. Oportebat. dist. 79. §. Explicatur. p. 2. Cap. 18. de Cardinal.*

101. *d. Constit. 15. Eugen. IV.* Non mediocri. §. *8. in fin.*

III. QVemadmodum dignitatis eminentiâ S. R. E. Cardinales alijs dignitatibus Ecclesiasticis præcellunt, *102.* ita gratijs, prærogativis & privilegijs funguntur amplissimis; *103.* à Patria potestate ad Cardinalatum assumpti eximuntur, *104.* Orbem universum cum Papa sine appellatione *105.* judicant, *106.* & ipsi à nemine, præter solum Papam, quandoq; non vocatis alijs Cardinalibus, *107.* & non attento numero Testium ad convincendum Cardinalem antiquitùs de jure requisito, *108.* idoneitate nihilominus eorundem observata, *109.* judicantur, *110.* vinculum cum illo, acsi maritus cum uxore, *111.* indissolubile contrahunt, *112.* ac ideo de illius privilegijs participant, *113.* famæ restituunt, *114.* non secus ac Senatus Imperatoris, *115.* ductum ad supplicium, non tamen pro crimine falsi, hæreseos, læsæ majestatis, vel quovis alio atroci & horrendo condemnatum, *116.* de consvetudine, extra Vrbem & in absentia Summi Pontificis, *117.* per se, & non per alium, veste aut pileo contectum, *118.* si velint, liberant, *119.* extra Palatium Apostolicum & absente Pontifice à Clericis, non tamen Prælatis, genuflexionem habent, *120.* jurisdictionem ubiq́ terrarum per deportationem Mozettæ seu Byrrhi lacerni rubei, eandem jurisdictionē designantis, obtinent, *121.* obedientiā Summo Pontifici non jurant, nec hocce juramētū ab illis, sicut ab Episcopis exigit, *122.* ab Interdicto vel suspensione, nisi de illis specialis, vel generalis fiat mentio, *123.* eximuntur, *124.* ægritudine laborantes, cùm sint pars corporis Papæ & unum corpus cum illo constituant, *125.* flebotonari, seu sanguinis missionem absq; ejus venia, si id commodè fieri potest, pati non possunt, *126.* ad puniendos Domesticos & Familiares suos, contra legis civilis interdictum, *127.* privatum carcerem habent, *128.* sub Constitutionibus pænalibus, nisi in specie exprimantur, non comprehenduntur, *129.* mandata contra illos & quælibet alia Rescripta solius Pontificis manu & non alterius cu-

juspiam signantur, *130.* eisdem indigentibus, tanquam caput suis membris Summus Pontifex providet & subvenit, *131.* testantibus de gestis coram se in Curia Romana, absq; Actis & instrumentis authenticis creditur, *132.* qui eos hostiliter insequuntur, aut, præter defensionem licitam, *133.* servato moderamine inculpatæ tutelæ factam, *134.* percutiunt, *135.* capiunt, incarcerant, *136.* capi vel incarcerari, etiam non secuto effectu mandant, *137.* consiliū vel auxilium præstant, *138.* aut hoc ratum habent, *139.* sive ejusmodi malefactores scienter recipiunt, *140.* vel de illis notitiam habent & non revelant, *141.* rei sunt criminis læsæ Majestatis, perpetuò infames, diffidati, banniti & intestabiles efficiuntur, omnia eorum ædificia irreparabili subjacent ruinæ, nemo eis debita reddere, aut in judicio respondere tenetur, Bona eorum Fisco Reipublicæ applicantur, Feudis, Beneficijs & Officijs Spiritualibus ac temporalibus ipso jure privantur atq; in excommunicationem, Summo Pontifici, excepto mortis articulo, reservatam, incidunt, *142.* eorum Filij ac Nepotes omnibus Beneficijs & Dignitatibus Ecclesiasticis privati, ad illas in posterum obtinendas inhabiles fiunt, *143.* Legati facti, Beneficia Apostolicæ Sedi reservata, in illa Provincia, in qua sunt Legati, conferunt, *144.* excommunicatis pro injectione manuum violentarum in Clericum, beneficium absolutionis in sua Provincia impertiunt, *145.* de sua Legatione asserentes, etiam non ostensis literis, fidem faciunt, *146.* Inquisitores à Paulo III. Pontifice maximo originaliter instituti, 147. jam verò à quolibet Pontifice eligi constituiq; soliti, Libros quoscunq; prohitos, præter opera Molinei, *148.* licentiam non solùm retinendi & legendi, sed etiam eandem alijs concedendi facultatem habent, *149* alijsq; quàm plurimis, prærogativis, privilegijs & indultis gaudent. *150.*

102. *Ancharan. Cons. 295. n. 6. v. Præcedunt. & Card. Tusch. d. Concl. 100. n. 11.*

103. *c. Officij Nostri. de Offic. Legat. in 6. & c. Hac Constitutione. §. Nec aliquis. de Offic. Delegat. in 6.*

104. *gloss. in Extravag. Joann. XXII. Execrabilis. v. sublimitatem prope fin de Præben. & dignit. Manfred. de Cardin, Cap. 8. privileg. 8. Azor. ubi supr. Cap. 3. q. 20. privileg. 11. l. fin. C. de Consulib & arg. in Authen. Sed Episcopalis. C. de Episcop. & Cleric.*

105. *Lancellot. Corrad. in Templ. omn. Judic. lib. 2. Cap. 2. §. 2. n. 15. Cardin. Alban. q. 42. de Cardin. ex can. Ecclesia habet Senatum. 16. q. 1. ibi: Hi Antistites-*

106. 6.

106. *c. Per Venerabilem.* §. *Rationibus. Qui filij sint legit. & Cardin. Tusch. ubi supr. privileg.* 12.
107. *Jul. Clar. in Pract. crimin.* §. *fin. q.* 35. *n.* 11. *& seqq. Cardin. Tusch. loc. cit. sub lit. P. Concl.* 41. *n.* 64.
107. *can. Præsul.* 2. *q.* 4. *Hostien. & Joan. Andr. in c. Licet universis. de Testib.*
109. *Card. Alex. in d. can. Præsul. Martin. Lauden. Tract.* 1. *q.* 7. *Tract.* 2. *q.* 71. *& Anton. Cucch. Instit. Major. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 93. *de Cardinalib.*
110. *Constit.* 15. *Eugen. IV.* Non mediocri. §. 14. 1439. *Pij IV.* Onerosum. 31. *Mart.* 1563. *&* 67. *ejusd. Pij IV.* Romanus Pontifex. 7. *April. Anno eod. ac gloss. in c.* 2. *v. Ab omnibus. de Cleric. non residentib.*
111. *can. Licitè. can. Usq. adeo.* 32. *q.* 7. *can. Quod Deo.* 33. *q.* 5.
112. *Barbos. in Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *Cap.* 4. *n.* 12. *de Cardinalib.*
113. *Ancharan. Cons.* 295. *n.* 8. *& Cardin. Tusch. d. Concl.* 100. *n.* 19.
